



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 70. Idem per Angliam profectus, & Dubrim appulsus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

## §. LXX.

Sæcul XVI.

A.C. 1530.

*Cæsar per Angliam profectus, & Dubrim appulsus.*

Nec vanus erat hujus colloquii rumor; quippe Rex Angliæ jamjam die vigesima quinta Maji Cantuariam venit, Caletum transiturus, inde vero ad congressus locum profecturus: cum ecce! Carolum V. Cæsarem Dubrim pervenisse nunciatur. Res ea totam aulam inopina admiratione defixit, nec desunt tamen, qui referunt, Cardinalem Volsæum, cum sibi perspectum esset Cæsaris consilium, de ejusdem adventu Regem clam admonuisse, sibi que Carolum officiose excipiendi munus deferri postulasse; utut res se habeat, id certum est, Henricum postera die Dubrim pervenisse. Inde ambo Reges Cantuariam petebant, ad quam urbem Henricus conjugem suam vocavit, quæ Caroli, cujus Neptis erat, hucusque nunquam visi conspectu summopere lætabatur. Colloquio utrinque habito Cæsar itineris sui Anglici rationem quantocius Henrico exposuit, nihilque intantum reliquit, ut congressum cum Francisco I. celebrandum dissuaderet; cum enim successus inde rebus suis adversos pertimesceret, hinc nihil non egit, ut Angliæ Regem ad dissolvendum ejusmodi

*De Rapin Thoiras hist. d'Angleterre tom. V. p. 134. Polyd. Virg. in Henric. VIII. l. 27.*

*Hist. Eccles. Tom. XXXIII. M m col-*

Sæcul. XVI  
A. C. 1520. colloquium permoveret. Nihilominus Rex hæc Carolo respondit, salva honoris mei, datæque fidei religione a promisso colloquio resilire haud possum, polliceor tamen, quod nulli pacto, quod Cæsareæ Majestati suæ præjudicio esse posset, assensurus sim. Carolus spe sua frustratus, saltem Volseum Cardinalem sibi devincire satagebat, maxima etiam spe eidem facta, se auctoritate sua effecturum, ut mortuo Leone X. ipse summus Pontifex eligeretur; insuper se pacem cum Anglorum Rege novo eoque solemnî foedere firmaturum pollicebatur. His ita promissis Carolus trigesima Maji ex Anglia excessit, iter suum in Flandriam profecturus: Henricus vero Angliæ Rex conscensa navi Caletum contendit, ubi etiam unacum Regina conjugæ suæ die quinta Junii appulsus est.

## §. LXXI.

*Colloquium Francisci I. cum Henrico VIII. prope Ardrecium & Guinas habitum.*

*Mem. du Bel-*  
*lai liv. I.*  
*Polyd. Virg.*  
*l. 27.* Franciscus I. re comperta quantocius cum tota Curia sua ad Picardiæ fines contendit, atque die septima ejusdem mensis ambo Reges in quodam loco Ardrecium inter & Guinas sito conveniunt. Verum toto congressus tempore nonnisi  
genia-